



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 77. Ejusdem Myst. punct. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

## MEDITATIO LXXVII.

*De transfiguratione Christi. Matth. 17.*

Myst. punct. 3.

CONG. Perpendere incredibilem Christi amo-  
orem erga nos.

PRÆL. I. Quomodo Petrus voluerit ibi facere  
tria tabernacula, & quomodo vox de Cœlo vene-  
rit, & Christus consternatos Discipulos erexerit.

PRÆL. II. Intueri montem illum, in quo hac  
fiebant.

PRÆL. III. Petere gratiam proximè, & con-  
stanter sequendi Christum Regem nostrum.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Convertamus  
oculos mentis ad tres Apostolos.

INTEL. Perpendamus illos primum ita absor-  
ptos, & quasi ebrios illo glorioso genere consola-  
tionis, ut Petrus omnium rerum humanarum ob-  
litus, vellet ibi perpetuò manere, & mox Discipu-  
li, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt val-  
de. Matth. 17. REFL. Hinc discimus non nimis fi-  
dendum esse consolationibus, quas Deus soleat  
temperare: & ideo Reg. 11. hebd. 1. disc. spir.  
monemur, ut ille idem affluente consolatione  
seipsum deprimat, ac vilifaciat, quantum potest.

VOL. Hanc monitionem S. P. Nostri, sedulò ob-  
servemus: Nam tuta est consolatio, quæ juncta est

P S

hu-

humilitati. *Memor esto verbi tui servotuo, in quo mihi spem dedisti: hac me consolata est humilitate mea.* Ps. 118.

**P**UNCTUM II. VERBA. MEM. *Et ecce vox de nube dicens: hic est Filius meus dilectus, in quem ihibenè complacui; ipsum audite.* Matth. 17.

INTEL. *Hæc vox pluribus explicatur.* 2. Pet. 1. qui testis est vocis sibi aliisque dictæ. REFL. H. bimus ergo Regem vivitus electum, Filium Dei, cui Principes, & populi omnes obedire debeant, & mandatum habemus: *ipsum audite.*

VOL. *Igitur ne obsurde escamus vocante nomine Christo, sed renovemus desideria concepta in contempl. Regni Christi, dicamus illi: Et ego non sum turbatus te pastorem sequens.* Jereim. 17.

**P**UNCTUM III. OPERA. MEM. *Ad consternatos Apostolos accessit Jesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere... & præcepit eis Jesus dicens: nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.* Matth. 17.

INTEL. Nec ipsi Apostoli poterant se ab illo timore liberare, nec aliud aderat per quod libera reatur nisi accessisset Jesus: qui cum tanta ostendisset, & fecisset, noluit ante resurrectionem hæc aliis narrari. REFL. Ex his intelligimus, quod solus est Dei consolari animam, nullâ præcedente consolationis causâ: prout pluribus explicatur Regul. hebd. 2. disc. spir. Discimus quoque fugiendos plausus humanos in hac vitâ.

VOL.

VOL. Nos potius opprobria, & contemptum  
cum Christo desideremus, sicut sæpius meditati-  
sumus.

COLLOQ. De tribus modis humilitatis.

RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIO SENSUUM.

## MEDITATIO LXXVIII.

*De Lazari suscitate.* Joan. 11.  
Myst. punct. 1.

ONG. Ut antè.

PRÆL. I. Quomodo Christus auditâ Lazarî  
infirmitate, biduo substiterit.

PRÆL. II. Imaginari locum, ubi Jesus substitit.

PRÆL. III. Postulare gratiam adhærendi Chri-  
sto, inter quæcumque adversa.

PUNCTUM. I. PERSONÆ. MEM. Convertamus  
oculos ad domum Mariæ, & Marthæ in Be-  
thaniâ ubi Lazarus infirmus erat.

INTEL. Domus erat plena luctu ob infirmum, ac  
deinde mortuum Lazarum: & tamen diligebat au-  
tem Jesus Martham & Sororem ejus Mariam, &  
Lazarum Joan. 11. REFL. Sic Deus personis & fa-  
miliis, quas diligit, permittit adversa.

VOL. Dicamus cum Job. Cap. 6. *Et hæc mihi sit  
consolatio, ut affligens me dolore non parcat: nec  
contradicam sermonibus sancti. & Deo dicamus:  
amorem tui tantum cum gratia tua mihi dones,  
O dives sum satis, nec aliud ultra posco.*

PUN-